F. F. 9. Miscell. 1.

Vol 8 II. 1195–1199

1. Mart. Boehm Conspectus III. magistrorum ordinis Teutonici generalium Thorun. 1712
2. M. Jo. Jac. Rohde et Jac. Fr. Rohde disputt. II. de Conrado Tiberio de Wallenrod, a Grunavii etc. criminationibus liberato, habb. Regiom. 1719.
3. G. D. Seyler analecta quaedam ad ordinis Teuton. in Prussia Hospitalariorum historiam. Elb. 1743.
4. G. D. Seyler Progr. disp. de perquam honorifico Praeceptoris titulo, deque Cruciferorum ordinis in Prussia Praeceptoribus. Elb. 1742.
5. Ludw. Daszko, Ganzjard von Malbergk, G. M. d. Deutsch. Ordens. Pön. 1806.

Conspectus primus

Magistrorum Ordinis Teutonici

Generalium.

ELBINGER
STADT-BIBLIOTHEK

BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
2605

De §. 1.

Tantum abest, ut Michael Küchmeister de Sternberg, Magister Generalis, desiderio historiæ rerum Prussicarum augendæ inductus omnia chronica, quotquot reperiri possent, coemere voluerit, ut potius omnem rerum a Summis Magistris gestarum memoriam deleret. Cui historiam illorum temporum, quibus iste conventus agebatur, perspectam habet, alia plane illum animo voluisse facile intelligis. Id ipse Hartknochius cl. Autorem iam pridem docere potuerat, si incidisset in illius Conscr. Livlan. Hist. in qua pag. 251. ex Prutenii Ms. ad A. C. 1416. quædam, quæ huc pertinent, refert, quem consulere. Ioa. Leo in Historia Prussiæ p. 222. ex eodem fonte hæc narrat, ita vocabat. cuius verba hic repetimus: „Perebantur quæ in isto Conventu „chronica Prussiae ab incolis: vafro quodam consilio, pro eis pecuniam „ac gloriarentur, quod ipsi terras Prussiae sibi armis et virtute subiecissent: annales vero Prussici clade e contra offenderent factum „isthic fuisse auxilio et constantia Principum Germaniae: hac de causa conquirebant scriptos libros, ut eos perderent, ne memoria talis rei superesset."

Pol. 8. II. 1195
Estr. XIII, 201

Biblioteka Uniwersytecka Toruń

I. N. J.

CONSPECTUS I.

Magistrorum Prussiæ Generalium

Neumann

§. I.

LAudabilis erat conatus, nèqve contemnendum rei litterariæ Historicæq; augendæ desiderium in MICHAELE KUCHMEISTER de STERNBERG, antea Commendatore Bratianensi ad Drwentiam [MARTINUS MURINIUS *in Descript. Terræ & Magg. Pruss.* eum vocat Advocatum novæ Marchiæ] *Magistro Equitum Mariani ordinis Teutonici in Jerusalem Generali*, qvi præter alia institura a MATTHÆO WAISSELIO Chron. Alter Preuscher Lifflendischer und Curlendischer Historien p. 140. b. 141. a. enumerata, hanc legem qvoqve *Festo Circumcis. Domini Anno* 1416. *in capitulo Braunsbergensi* fixerat, ut omnia antiqva Prussiæ Chronica ordini Teutonico venderentur. Idem testatur *Casp. Henneb. in Expl. Majoris Mappæ Pruss.* f. 303. Hoc enim thesauro collecto existimabat, vivam memoriam rerum ab Equitibus S. Mariæ Teutonicis in Borussia gestarum, & Magistrorum General. atqve Provincialium acta dictaque apud posteros facile conservatum iri; Verum res præter opinionem cecidit, cum in hunc usque diem

manca mutilaque sit Prussiæ Historia, ob monumenta vel antiqvitate corrosa, situqve sqvalentia, vel cum tineis & blattis luctantia, vel prorsus deperdita. Qvam jacturam acerbe mecum conqveruntur qva veteres, qua recentiores Historici.

§. II. Utut vero res ita sese habeat, non defuere tamen plurimi, qui Historiam Prussiæ vel ex MSS. vel ære impressis libris, vel ex antiquis picturis & monetis eruere & concinnare summis viribus enitebantur, quorum nomina præfixa lege *Htstoriæ Rer. Pruss. M. Casp. Schützij, Expl. Maj.* Mappæ *s. Tabulæ Pruss Casp. Henneb.* item *Selectis Diss. Historicis de variis Reb. Pruss.* nunquam satis laudandi *B.* Christ. Hartknochii, ejusdemque Alt- und Neu-Preussen. Ubi tamen in prænomine Waisselii pro Thomas, legi velim Matthæus, & in *M*artino Murinio notari, quod ex *MS.* Germanico transtulerit quidem in idioma Polonicum Chronicon Prussiæ, sed non toti Magistratui Thorunensi, quem errorem etiam errat Simon Kempinius, Typographus Cracovienſis in dedicatione sua An. 1605. verum B. Mochingero *M.* D. Physico & Burggrabio *R*egio cæterisque Pro-Consulibus An. 1582 nuncupaverit. De *Thomæ Treteri Custodis Canonici Varmiensis Opere posthumo* de Episcopatu & Episcopis Ecclesiæ Varmiensis, quod *Matthias à Lubomierz Treterus S.* R. M. S. cum insignibus

Bibliotheca Gymnasii Regii Thorunensis

Plures eius rei causas recenset l. Mich. Lilienthal in Selectis Historicis et Literariis observationibus obs. II. quae p. 86. legg. Adde Ios Wallenbergs Preuß. Archiv. 4ter Theil p. 191. legq.

His addendi sunt, qui post mortem cl. Autoris, prodierunt in lucem, iidemq; pleniorem scriptorum Prussicorum notitiam tradiderunt consignatam. Primo loco ponendus est, quem modo commemoravimus. Mich. Lilienthal l. c. obs. II. quae agit de veterum Prussicarum scriptoribus manuscriptis pariter ac impressis p. 85. legg. Deinde David Braun in libro Polonia s. i. e. Elbingae 1722. in 8vo edito, cui tit. De scriptorum Poloniae et Prussiae historicorum etc. typis impressorum ac manuscriptorum variis et vitiis catalogus et iudicium et quidem a pag. 229. legq. Porro in Tomo V. des Preußischen Provinzial Bl. p. . . . ist p. . . . Locupletissimus scriptorum Borussicorum reperitur catalogus, qui etiam seorsim typis editus est, cui tit. Preußische Bibliothek, Regiomonti 1741. et Nachricht zu der Preußischen Biblioth. Berl. 1742. 8. autore Michaele Lilienthalio; hoc ipsum egomet, desiderio beati viri iam satisfacturus, pluribus additamentis locupletavi et continuo locupleto, si quid eiusmodi librorum proferatur in lucem cognitum eruditorum. Multum etiam iuvat consuluisse Diaria Prussica, quae sunt Des Preußischen Archivs, Der Preußischen Provinzial Blätter, Acta Borussica, Preußische Bibliothek, in quibus passim de antiquissimis Chronicis mentio fit.

Joannes Lee Decanus Canonicus quondam Ecclesiæ Collegiatæ Guttstadiensis scripsit a. 1631. Historiam Prussiae, quæ manu scripta latebat in Bibliotheca quadam: ac tandem primum in lucem edita est Brunsbergae 1725. in fol. In hac quoq; recenset res gestas Episcoporum Varmiensium.

bus cujusque Episcopi, exceptis Prioribus quatuor. Cracoviæ An. 1685 publicæ luci dedit, observandum est, illud â B. Hartknochio non esse visum. Telam seremqve Epp. Warmiensium Th. Treterus perrexuit usqve ad Stanislaum Hosium. E. R. cardinalem, & Episcopum Warmiensen, intimum amicum & familiarem suum, qvi Capranicæ An. 1576. d. 5. Augusti. LXXVI ætatis Anno ex hac mortalitate migravit, ejusqve corpus trans Tiberim in Ecclesia S. Mariæ marmoreo tumulo conditum est. Seriem illam continuavit MATTHIAS à LUBOMIERZ TRETERUS usq; ad Michaelem Steph. Radziejowski Episcop. Warm. & postea Archiepiscopū Gnesnensem &c. Gedani denatū. Huic operi adjunctum est Chronicon de Vitis Epp. *Warmiensium* JOANNIS PLASTWIG *Decret. D. Eccl. Warm. Decani*, quod jussu Pauli de Legendorff Ep. *Warm.* in cujus vita Plastwig finit, An. M. CD. LX. IV. conscriptum est. Reliqvos Episcopos á Nicolao de Tungen ad Andream Bathoreum E. R. Diaconum cardinalem, Stephani Regis Pol. gr. mem. ex fratre Nepotem, adjecit *Joannes Cretzmerus Decanus & Canonicus Warmiensis*, & in calce visitur Nicolaus Hogenberg Ep. nom. cum vita Adalberti a veteribus Prussis An. 997 prope Fischausium in Sambia occisi. ὡς ἐν παρόδῳ miramur, B. Hartknoch. inter Episcopos *Warmienses*, qvorum Catalogus de Variis Reb. Prus-

ſicis Diſſ. XIX. proſtat, Joannem Carolum Konopacki non numerare, qui ex Matthiæ Treteri continuatione f. 148. ſeqq, & B. Hartkn. H. P. E. ſupplendus eſt. *In* Catalogo illo Hartknochiano p. 221. pro VLADISLAUS lege *W*enceslaus Comes de Leſzno Leſzczyński: neque Joannes Albertus filius Sigismundi III. R. P. fuit *E*piſcopus, ſed Adminiſtrator Epiſcopatus prædicti. Utinam typis mandatas aliquando videremus Vitas Epiſcoporum Culmenſium, quorum nomina vix ſuperſunt.

§. III. Sed e diverticulo in viam. Major difficultas in annis Electionis, & regiminis, nominibus, loco mortis & ſepulturæ atque numero Magiſtrorum Generalium Hoſpitalis B. Mariæ Virginis domus Teutonicorum in Jeruſalem occurrit, vid. Johannes NAUCLERUS Vol. II. Chronogr. Gener. 37. Quam ut tollamus aliquantum, nunc Magiſtrorum Generalium conſpectum cum prædictis circumſtantiis ſiſtimus, plenius fuſiusque vitas ſingulorum in poſterum expoſituri.

§. IV. I. fuit HENRICUS WALPOT von Paſſenheim in caſtris ad Acconam [Ackers] ſeu Ptolemaida Anno 1190 præſentibus multis Eccleſiaſticis & Politicis Perſonis d. IX. Novembr. electus, teſte *Auctore Chronici Ordinis. Petro de Dusburg* vocatur *W*alpote *Part.* I. *cap.* 2. *Chron. Pruſſ. Antiquo MS. Chronico* pag. 2. Valpode *Episcopo Paderbornenſi in Chron.* MS. f. m. 13. *W*alpett. *Naucl. l. c.* Valpora, Murinio

Ad §. 3.

Operae pretium fecisset qui vir Theophilus Sigefr. Bayerus Academiae Petropol. Imperialis, quae flores ingenii sui protulit, historiam de origine Gentis Teutonicae, quod iam typis imprimi voluerat, cum adhuc viveret, in lucem protulisset. In quo difficultates omnes, quod ordinem, seriem et reliqua Magistrorum O. T. adhuc feliciter sustulit, vt ipse ait in dem 1ten Th. d. Gelehrten Preußens p. 192. seqv. Ita vero ille: „Loehneri conspectum Magistrorum Ord. Teut. habe „ich hinzusetzen gesehen: da kann leicht der Liste des Ordens „Meister, wie „zerstöret sie auch ist, Meister in mein Register gebracht werden, als „wenn sie gemeldten Land. Meister. Die Bücher sind hierinnen mehr Con- „fusion verursachet, als der rechten Historie gesetzet, die ihm folgen, „ gemeldten in diese Stücke auch Lauterer Ordnung, Lucas David hat mir „zuerst die Augen geöffnet.„ Hac mente seriem priorum Magistrorum O. T. emendatam et sel. l. c. p. 193. exhibet; ex qua autorem nostrum etiam emendabimus. Bayeri vestigia prope sequitur Raymundus Duellius in Historia Ordinis Equitum Teutonicorum Hospitalis S. Mariae V. Hierosolymitani Vienna Austriae 1727. in fol. edita: quem, sicubi opus fuerit, etiam consulemus atq; nostram opinionem illius testimoniis et documentorum publicorum auctoritate, quoad eius fieri potest, confirmabimus. Idem doctissimus Autor commendat p. 15. libri modo commemorati, Conradum Hess de quo in not. (o) ita scribit: „Autor clarissimus Discursui suo inaugurali Historico-Politico-Publico-„ Juridico vitas Magnorum Magistrorum O. Teuton. praemisit, multaq; ibi „ protulit, ab aliis antea non dicta; liberum enim accessum ad Archivum „ Mergentheimense habuit, vbi pater eius Cancellarii O. T. munere praeclare „ fungitur.„

Ad §. 4.

Ann. elect. 1190. An. obit. 1200. d. 5. Nov.

1. Henricus Walpot von Herxheim.

Cl. Autor in nomine Walpot a scriptoribus diverso modo scripto, curatius eruendo aliquam operam posuit; sed ego huic labori supersedendum esse puto; quia certum est, hanc familiam hodie appellari Marschalck von Herxheim, quod cum voce Walpot optime convenit. Nam Wal idem est, quod acies, campus, et Walpot is, qui in acie exercet imperium i.e. Marschalck. Conf. Joa. Geo. Wachteri Glossarium Germanicum sub voce: Schalk p. 1374. et Wal p. 1810. Hodie Bayerum in Gen. Stemm. Gr. Hail p. 193. Genealogiam der Marschalck von Herxheim exhibet Kittershuseus, quem ubi consului et quidem editionem

eius secundam priore auctiorem et emendatiorem Tubingae 1658. publicatam; nihil de Marschallis de Lassenheim inveni: id v. certum est, quod Genealogiam Marschallorum in Lappenheim tribus tabulis exhibeat, vt dubitare coeperim de ista derivatione nominis ab miror, Bayerum Opitio assentiri Genealog. l. c. qui in Rhythmo Goth. Annone Coloniensi c. 30. ag ac Cetterus vocem Walpot exponit per Gewaltbot.

M. Andreas Raab in programmate von dem Wolstand der Landen Nanstadt an der Hiesz § 3 p. 5. de quibusdam, qui Walpot dicti sunt in Francoia haec commorat: Von diesen, nämlich von den Herren von Walpot, ist zu streiten, dasz sie die Stadt bis ins 1265. Jahr besessen. Wie lange vorher die Herren von Walpot gewesen, ist nicht zu wissen, dasz ihren Herrschaft darüber in vorigen Jahre 1285. abgegangen, da sie der Herr Bischoff zu Wirtzburg Heinrich der Dritte, von seinem Stuhl und Land vertrieben. Hac Sam. Wilhelm Otter confutaturus in Dritten Vorrichtung Geschichte von Herren Burggrafen zu Nürnberg p. 51. sqq. ita scribit: Sind nunmehr sie in vorigen Jahrhundert, Herr Heinrich Herren von Waldpot benannt. Von denen Waldpoten aber hat man Nachricht. Das Wort Waldpot ist kein Zuname, sondern ein Zuname. Es p. 52. Waldpot bedeutet so viel als Gewaltbot, ein Latein Missus, oder Bischof. Das Wort Gott scheinet davon abstammen: Die Waldpoten von denen der M. Raab redet, waren nicht anderst bestellet zu Nanstadt von der Bischof — Mehr darf man nicht sagen: die Herren von Waldpot; sondern nur schlecht hin die Waldpoten. Nachgehends aber die Wort Waldpot geschrieben worden. Man muß Waldpot schreiben. v. s. m. conf. p. 55. not. (r) et sq.

[illegible] Grafen von Waldbott zu
[illegible]heim; wie in dem Hamburger,
[illegible]ung von 1763. p. 139. unter dem
Artikel Cöln von 19. August nunc
[illegible]. v. der Kais. Königl. Kaiser Ernen-
[illegible] zu Wahlen Prüsidium &c.
[illegible]ung gesetzet.

A. d. 8. 4.

Ann. elect. 1190. | An. obit. 1200. d. 5. Nov.

1. Henricus Walpot von Hirschhausen.

Cl. Autor in nomine Walpot a scriptoribus diuerso modo scripto, curatius eruendo aliquam operam posuit; sed ego huic labori superfedendum esse puto. nulla certum est hanc familiam hodie abolevi

Marschalck von

Nam Karl id

ces imperium

manicum sub

in Gros Spra

Hirschhausen es

M. Andr

von Nassfeld a

sunt, in Franco

von Walpot, n

nsdam. Alia lam

Laurum von W

weiß, daß ihm Z

rad, da sie der

Imam albam Sc

in Brittan Ba

Frey p. 51. seqq.

Ibid. cum Chron

man Nassfeld.

Ed p. 52 Walpot

Ins Wort Gott

N. Knab redet,

— Mit hin darf man nicht sagen: die Herren von Walpot schreiben nur

schlecht hin die Walpoten. Mehrmahln aber die Wort Walpot ge-

schrieben werden. Man muß Walpot schreiben. v. infr. conf. p. 55. not.

(r) et 59.

eius secundam, priore auctiorem et emendatiorem Tubingae 1658. publicatam: nihil de Marschallis de Lassenheim inveni: id v. certum est, quod Genealogiam Marschallorum in Lappenheim tribus tabulis exhibeat, vt dubitare coeperim de ista derivatione nominis ab miror, Bayerum Opitio assentiri Genealog. l. c. qui in Rhythmo Dedic. Annone Coloniensi c. 30. ag ac Ceterus vocem Walpot exponit per Gnualtbot.

Diem V. Novembris Henrici Walpot emortualem, confirmat Calendarium Ordinis, quo vsus est Bayerus: qua in re a Dusburgio dissentit. vid. Acta Boruss. Tom. III. p. 192.

Ann. Sect.
1200
An. Obit.
1206. d. 7. Febr.

Ad §. 5.

11. Otto von Sargen.

rinio Chron. Pruſſ. p. 41. Wapoſt, Nobiliſſimo Gotofr. Zamelio Conſuli qvondam Elbingenſi in MS. de Walpoth. Præfuit ordini x. ann. & obiit IX. Kalend. Novembr. ſecundum Düsburg, qui non annum, ſed diem obitus primorum Magiſtrorum ex Anniverſariis ſacris annotavit, quandoqvidem qvotannis ordo Marianus memoriam Magiſtrorum optime meritorum, die emortuali ſacram habuit. *Autor Chronici Ordinis*, ex quo Waiſſelius ferme omnia deſumpſit, accuratius tantum addere conatus annos electorum Magiſtrorum, *Paderbornenſe Chronicon & Waiſſelius* mortem ejus ponunt in Annum 1200. Schützius diem exprimit 24 Octobr. B. Hartknoch. in Serie Magiſtrorum Ordinis Teutonici Generalium Düsburgio ſuo præfixa d. 5. Novembr. & im Alt- und Neu-Preuſſen Lib I. c. 1. §. 9. d. 24. Octobr. Walpotum obiiſſe ſcribit. Sepultus eſt Acconæ in templo a ſe extructo extra mœnia urbis ad portam S. Nicolai die 5. poſt feſtum OO. SS.

§. V. II. Otto octogenarius in Magiſtrum Generalem An. 1200 electus, Baronis vel nobilis civis Bremenſis filius. Plerisque dicitur von Karpen & Carpen. Antiqvo MS. German. von Kyrpin / Paderbornenſi von Karpenn. Nob. Zamelio de CARPEN. Præfuit ordini Ann. VI. Supremum clauſit diem Acconæ IV. Nonas Junii, omiſſo anno, juxta Dusburg. juxta *Autorem Chronici Ordinis* An. 1206. d. 4. Julii: juxta

Schutzi-

Schutzium An. 1206. d. 2. Junii. Sepultus est in Ecclesia Acconensi ex Nicol. Jeroschini, Simonis Grunovii Epitomatoris sententia, die *M*arcelli & Petri.

§. VI. III. Hermannus *B*art. Nob. Holsatus *Schutzio Lib. I. Hist. Rer. Pruss.* fol: 16. b. Sed *Autori Ordinis Chronici*, Ducis Bartensis ex fratre filius: Aliis filius ipsius Ducis. Hunc antiqvum *MS.* Chronicon Germanicum, qvod possideo, prorsus omisit. Paderbornensi nominatur Bartt. Murinio Bardt. N. Zamelio de B*A*RT. Ex supputatione *Chronici Ordinis, Auctoris Chron. Latini MS. Schutzii* & aliorum præfuit ordini *A*n. VI. Vitam cum morte commutavit XIII. Kal. *A*prilis, ut testatur *Dusburg. Schutzius An. 1211.* d. 20. Martii mortuum esse scribit, & qvidem Vigilia S. Benedicti, ut addit *Nicol. Jerosch.* B. Hartknoch. l. sæpe c. *Casp. Schutzium* [cum qvo C. *Henneb.* easdem inflat tibias] ex Chronico quodam colligentem, Hermannum hunc in oppugnatione urbis Tripolitanæ vulneratum, Hierosolymam delatum, ibidemqve sepultum esse, refellit ex eo, qvod t. t. Saraceni Hierosolymis jam potiti sint, neqve Christiani in urbem illam qvidqvam jurisdictionis habuerint. *A*ddo, qvod *Petrus Dusburg*, Ordinis Teutonici *S*acerdos, & Historicus antiqvissimus *Chron. Pruss.* P. *I. c. IV.* p. 24. *A*cconæ sepultum esse perhibeat, cum qvo faciunt *Paderbornensis*

Iuxta Calendarium Ordinis d. 7. Febr. diem obiit supremum, vt Bayerus observavit in gr. Pruss. stirp. fasc. p. 195.

Ad §. 6.

111. Hermannus Bart

Ann. elect. 1206? Ann. obit 1210. d. 20. Mart.

Annum quod attinet, quo electus est Magister O. T. nullum est dubium, quin a. 1206. factum sit: sed in eo vehementer discrepant Scriptores Prussici, quo anno debitum naturae soluerit. Bayerus contendit, eum a. 1210 fatis cessisse v. Gr. Pruss. stirp. fasc. p. 195. Namq. chronicon Oliviae et auctor chronici latini MS. teste Hartknochio in not. ad Dusburgii Chronicon p. 74. lit. b., quatuor annos Magistri munere functum esse confirmant: ex quo patet, si [illegible]. a. 1206. dignitatem capessivit eum a. 1210. quocunq. illud mense factum sit, vitam cum morte commutasse. Forte in Schützii Chalna typographicum est, vbi pro an. 1210. annus 1210. typis impressus legitur. Quod ad diem emortualem attinet conveniunt et Schutzius et Dusburg, quod is sit 20. Martii. Vid. Schützium p. 16. b. Caselium p. 44. Duellium p. 9.

Ann. elect. 1210. Ann. obit. 1240 d. 20. Mart.

Ad §. 7.

IV. Hermannus a Saltza.

Doctissimus Bayerus in Grn. Thuring. et quidem in 1sto Quartal a. 1725. p. 16. sqq. vitam huius Magistri summo cum studio persecutus est, cuius vestigia premit Zuellius l. c. p. 8. Part. 1. Ex quibus intelligitur, Hermannum a Saltza a. 1210. creatum esse Magistrum O. T. quid a Brunovii computo non discedunt. Schützii error ex alio ortus est, quem supra notavimus. In Calendario Ordinis, quo Bayerus usus est, d. 20. Martii emortualis fuit. vid. Continuatores Gr. Th. l. c. p. 42. Annum, quo mortuus est, non solum antiquissimi scriptores Prussici, verum etiam Dn. Lucae Davidis, diligentissimi scriptoris, eum praebet l. c. p. 40. quia adhuc a. 1239. vixerat, sed a. 1240. Romam missus vita defunctus est. v. Hs. Dn. Gn. Hahn B. p. 198.

Prognatilex eadem stirpe de Saltza, quae nomen ab oppido Lauten-Saltza in Thuringia accepisse a Tentzelio perhibetur, fuerunt Iacobus de Saltza H. V. D. et vices in Ducatu Glogouensi gerens Legatus Ludovici Regis Bohemiae ad Comitia Francof. ubi Carolus V. a. 1549. Imperator electus erat et denig Episcopus Vratislaviensis, qui e vita decessit 1542. Nec non Wigandus de Saltza I. V. D. Canonicus Vratislav. et Cantor Glogavien. obiit a. 1521. cui frater, Episcopus Vratislav. epitaphium posuit. v. Tentzelii Curieuse Bibliothec. Gesp. 4to Zuf. a. 1704. p. 339. et quem hoc loco recenset, Christiani Meisneri, Equitis Silesii honoribus Academicis fulgentes III. decadibus comprehensos Wittenb. 1706. 4to edit. Decad. I. num. VIII. et IX.

Exantiquissimis documentis id confirmari potest, quod supra Bayerus coniectura assecutus esse videtur. Samuel Wilhelm Oetter in Hist. Einl. zu den Urkunden der Burggrafen zu Nürnberg etc. in Hist. Arm. p. 16. testes ex quodam diplomate a. 1235. Gotfriedo ab Hohenlohe ab Imp. Frider. II. dato, sequenti ordine memorat, in quibus etiam Hermanns de Salza est: „H. Landgravius Turingie, B. Dux Carinthie, Marchio de Baden, frater H. Magister Domus Teotonice in Ierusalem, C. Burgravius de Nurnberc, „Et ex alio a. 1236. „H. Landgravius Turingie. Fr. Hermannus venerab. magister domus S. Marie Theut. in Ierosalem. C. Burgravius de Nyrenberg. Comes de Hareke. L. Comes de Playn. Gotfridus de Hohenloh, et alii quam plures." conf. p. 14. l. c. Occurrit etiam inter testes in Doc. a Frid. II. Imp. a. 1235. concesso: „Hujus rei testes sunt S. venerabilis Ratisbonensis Episcopus, Imperialis aule Cancellarius, frater h. venerabilis Magister domus Teutonicorum, Hermannus Marchio Badens. Comes Fridericus de Zollern etc. Dat. apud Hagenau 1235." Cl. Oetter l. c. p. 293. in not. perperam putat, comitem ab Hohenloke Heinricum, qui primum Praeceptor et deinde Magister domus Theut. hoc loco intelligi; idn. repugnat superioribus documentis, quae ipse memorat: neq. eiusmodi titulo praeceptor usus est, quo magis Hermannus a Salza ornatur.

tet in Samml. von Schwäbischen Nachrichten Wilhelm Friedrich v. Hist. Abhandl. I. 6. p. 585 f.

nensis & *Waisselius* p. 44. a. qvi non modo ibidem sepultum, sed & mortuum esse momoriæ produnt.

§. IV. *Hermanus a Saltza.* Nobilis Thuringicus vel Misnicus. Prior tamen sententia facile præferri potest posteriori, qvam etiam *Waisselius* p. 44. b. amplectitur, qvandoqvidem Saltza est Civitas Thuringiæ. Secundum *Sim. Grunovium Tract. V.* & *Murinium* electus esse dicitur An. 1210. Secundum Schutzium *An.* 1212. Sub hoc Ordo Teutonicus primum in Prussiam venit, magistro Provinciali duce, Hermanno Balk, qvem *Balth. Russow.* Falck / *Chronicon Vetus* Walck / *Zamel.* Balkonem nominat. Præfuit Ordini An. XXX. ut omnes fere Historici Prussici consentiunt. mortalitati valedixit, teste *Dusburgio* IX. Kal. Augusti. Sed ex Incidentibus ejusdem ad *P.* III. cap. XXXIII. & XXXIV. apparet, Annum obitus Salziani in *Annum* 1246. incidisse. Verum vel Scribæ, vel Typographi error est, adeoqve pro ultimo numero 6. substituenda est 0, qvem computum paderborn. Schutzius, *Henneb.* & alii catervatim seqvuntur. Locus mortis & sepulturæ ejus est Barletum in *A*pulia, non autem Berolinum, ut inepte interpretatus est *murinius Chron Terræ* & *magg. prussiæ* p. 43. Error *S. Grunovii* haud difficulter refutatur asserentis, Hermanum a Saltza an. 1221. obiisse, Cum an. 1226, inter Conradum masoviæ Ducem,

Ducem, & Hermannum illum pacta ratione Pruſſiæ ſint inita: Idem etiam Hetmannus privilegium Culmenſe An. 1233 pruſſis dederit, ideoque his ipſis annis adhuc eum vixiſſe manifeſtum eſt.

§. VIII. Inſerendus hic erat cum B. Hartknochio e ſerie magiſtrorvm Ordinis Teutonici Generalium, *Henricus de Hohenlohe*; ſed eum in alium locum cum accuratiſſimo Rerum prusſicarum Indagatore Gotofr. Zamelio repoſuimus. Jam ordine antiquo ſequitur.

§. IX. V. *Conradus*, *Landgravius Thuringiæ & Miſniæ*, Marpurgi an. 1240 electus, primum quidem ſedes Magiſtrorum fuit Hieroſolymis & *Ac*conæ, dein Venetiis, poſt *M*arpurgi. vid. *Chronicon Ordinis* & Waiſſel. Chron. p. 100. b. & 104. b. denique *M*ariæburgi & in aliis Pruſſiæ locis. Conradi hujus cum V. ſucceſſoribus *Antiqu. MS. Chronicon. German.* nullam prorſus mentionem facit, *S. Grunovius Tract. V.* auctor eſt, poſt Hermannum de Saltza in Capitulo Veneto ab altera parte electum eſſe Ludowicum a Qveden, ab altera Henricum C. de Hohenloe; cum vero Treviris Henrico abrogatus eſt magiſtratus, ſubſtitutum eſſe Popponem de Oſterna, in extrema tandem ſenecta rurſus ad Henricum de Hohenloe devo-

Ad §. 8.

Henricus de Hohenlohe Magister O. T. neq; hic, neq; eo, quem Auctor noster infra §. 13. ipsi tribuit, loco inserendus; quin potius proximum, post Conradum Landgravium Thuringiæ, Magistrum Ordinis Teut. quintum, locum ei assignandum putamus, evidentissimis argumentis inducti; quæ tum ex §. 9. seq. tum §. 13. apparebit.

Ad §. 9.

V. Conradus Landgravius Thuringiæ. An. elect. 1240. An. obit. 1245.

Bayerus in 4ten Stück Sub Anno Hanns. p. 195. seqq. (quem locum Luellius forsitan non vidit, alias seriem illius retinuisset) luculenter demonstrat, Conradum Landgravium Thuringiæ, Hermanno a Salza 1240. vita defuncto, Locum suffectum esse. Nam ex Petri de Vineis Epistolis Friderici II. Imp. ostenditur legatos ab Imperatore a. 1243. ad Innocentium Pontificem d. 24. Junii electum missos esse: in quorum numero fuisse Conradum Magistrum Ordinis Teut. eig. soli aditum patuisse, exclusis reliquis ad ipsum Pontificem. Hæc epistola p. 218. legitur l. c. Cum a. 1245. XVI. Kall. Aug. Concilium Lugdunense celebraretur ab Innocentio Pontifice, in quo gravis sententia adversus Fridericum II. Imp. lata est, Conradus ab eodem Imp. unum missus est, qui patres congregatos ab hoc conatu revocaret; sed iusto serius eo pervenerat: quod demonstratur ex quadam epistola Petri de Vineis p. 103. Accedit insigne testimonium, quod ex Chronico Erfordiensi a Schannato edito adfert Bayerus l. c. p. 196. En eius verba:

„Pernitiosa adhuc ecclesiæ inter Papam et Imperatorem discordia cunctis „
„fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater Cunradus ma- „
„gister Domus Teutonicæ, qui Principum Alemanniæ consilio ad ipsos con- „
„cor- „

„cordantes missus, occulto Dei iudicio Romae VI. Kal. Aug. diem clauserit extremum." Tum essi id a. 1240. gestum esse ibidem legitur, in quo errore pleriq; omnes Historici versantur; tamen ex iis, quae supra commemorata sunt patet, imo ex ipsa istorum temporum historia rebusq; gestis, patet, haec omnia a. 1245. gesta esse. Hic v. error inde ortus est, quod Hermannus a Salza, qui ad reconciliandos Pontificis et Friderici Imperatoris animos aliquot ante annis ultimum profectus erat, eodem a. 1240. e vita discesserit. Nec silentio praetereundum est, quod in Calendario Ordinis, cui Privilegio tantum tribuit pretium (d. 24. Jul.) ad IX. Kal. Aug. haec adscripta legantur verba: Obiit F. Conradus Langravius Magister V. Ex quo liquet, quod ille ordine Quintus Magister fuerit. Quid! quod dignitas tanti Principis et auctoritas, qua apud Germaniae Principes valebat, suadent, quo hunc unum prae reliquis dignum iudicarint, qui Magister O. T. crearetur, cum praeclaro viro Hermanno a Salza privati essent, cuius prudentia et auctoritate res omnes Ordinis salvae essent et perpetuo conservarentur. Recte itaq; ait Henr. Leonh. Schurzfleischius in Hist. Confessorum p. 21. „primum ab excessu eius Conradum principali dignitate potitum Thuringide fuisse ab anno 1240. quo e vita excessit Hermannus; licet nobiscum, quod annum mortis Conradi attinet, dissentiat.

Quando vero Ordini Fratrum Domus Teutonicorum nomen dederit addixerit, nedum liquet. Si fides habenda sit Sifrido Presbytero Misnensi Epitomes L. II. p. 696. apud Ioa. Pistorium in Illustr. Scriptt. veterum Germanic. T. I. id a. 1230. factum esse consendum esset. Ita vero ille: „Eodem anno Landgravius Conradus Fratet Ludowici, Fri„sarensibus humiliter satisfecit, et intrans ordinem fratrum domus Teutonicae, vi„tam in bonis operibus consummavit." Id autem exploratum est mihi, quod iam a. 1239. in eodem ordine fuerit: quod vel ex Contractu comitis Wolffredi de Hohenlohe cum Conrado de Crautheim eodem anno inito, liquet, ubi secundum inter testes occupat locum: „Frater H. de Hohenloch preceptor Alem. Frater C. quondam Lantgravii „Frater Hermannus preceptor Livonie et Prucie. Fr. O. de Botenlouben. Frater L. „de Oetingen, Frater Andreas de Hohenloch, Fr. Wichmannus Herb. Fr. B. de Osterna. Quod fragmentum inseruit M. Ioa. Christianus Wibel Hohenlohischen Historie P. I. p. 19. Quodiam a. 1233. Domum Marpurgensem cum omnibus bonis ad illam pertinentibus in manus Fr. Henrici de Hohenlohe, Praeceptoris Alemanniae ipsemet Conradus Lantgravius et Hermannus tradiderint patet ex literis donationis et cessionis ap. Venator. p. 102. Ex quo vero non potest cogitari, eum tum iam simul ascitum fuisse in societatem Ordinis Equitum Teut. et [illegible] Wilhelmus Ernestus Tentze-

ter n
gab
1.6.

Tum

lius in Curieuser Bibliothec, oder Fortsetzung der Monatlichen Unterr.
Jungnitz I. Repositorio II. pag. 1673. Conradum a. 1232. vel 1233. in
Sodalitium Fratrum O. T. receptum esse, quod uberius demonstravit in Supplemen-
to II. Historiae Gothanae p. 573. 574. Idem commemorat priori loco p. 1271. seqv. quod
in Diplomate Monasterio Reinhardbrunnensi a. 1229. a Landgravio Heinrico, eius
fratre Conrado dato, appensum sit Sigillum Conradi, in quo haec leguntur verba:
„Sigillum. Cunradi. Fratris. Thur.. Landgr.„ simulq; monet, voce Fratris non indi-
gitari Fratrem Ordinis Teutonici, quo tempore nec dum fuerat, sed fratrem Heinrici
qui tum in Thuringia summam rei tenebat, atq; eiusdem diplomatis hoc esse initi-
um: „Henricus Dei Gracia Turing. Lantgravius. Saxonie Comes Palatinus, Et Cun-„
radus frater eius.„ Addit idem, quod, cum Magister Ordinis Generalis factus esset,
consveto sigillo vsus sit, in quo Maria in throno sedens exhibetur, quod Spangen-
berg. l. II. der Hennebergischen Chron. Historia fol. 110. commemorat. Illud v. sigillum
aeri incidendum curavit Textzelius loco supra citato hunc in modum:

Pater nostri Conradi erat Hermannus Landgravius Thuringiae, et mater So-
phia Ottonis Maioris, Ducis Bavariae, filia; Germanus eius Heinricus, de quo supra
mentio facta est. Fratres a. natu maiores ex altera coniuge Hermanni Sophia comitis Pa-
latini Friderici V. filia, Ludovicus VI. et Hermannus, nati sunt. Spangenbergius in suae
Hennebergischen Chronic. l. II. fol. 110. memorat, Conradum, in dignitate supremi Ordinis Teu-
tonici [illegible] constitutum, vsum esse sigillo Mariam matrem Dei in throno sedentem, exhi-
bente. Inde patet, eiusmodi Ordinis huius Magistros arma gentilitia non vsurpasse amplius,
cum istam dignitatem consecuti sunt.

tet
1.6.

tet
vel
1.6.

devolutum esse imperium, defuncto postea Ludowico de Queden Conradum Landgravium successisse. Quin *B. Hartknoch.* in *A*nimadv. suis Dusburgianis p. 132. ex Fastis Pruss. in Bibliotheca Regia Regiomonti asservatis, alium adhuc Magistrum *Hermannum de Bare* producit, de quo altum est apud Historicos nostros silentium. Idem neque annos Electionis neque mortis Conrado apponit partim in Serie *M*agistrorum Ordinis Teutonici General. partim im Alt- und Neu-Preussen. *Chronicon Ordinis* electionem Conradi refert ad *A*n. 1246, qvamvis notet etiam, a qvibusdam referri eam ad An. 1240. Præfuit Ordini secundum *Paderbornensem*, *Schützium*, *Hennebergerum*, *Murinium A*n. XII. Ex *Chronologia Dusburgensi* IX. Kal, Augusti fatis cessit & sepultus est Marobburgk. *Henneb*, exprimit d. 20. *A*ugusti, Schurzius An. 1253. d. 24. m. præd. S. Elisabethæ Ludowici Landgravii uxoris defunctæ lateri appositus.

§. X. VI. *Poppo de Osterna* e Magistro Provinciali An. 1253 *M*ag. General. electus, qvandoqvidem illa dignitate sub Hermanno & Conrado functus est. Paderbornensi appellatur Poppe von Osterna, *M*urinio Conradus Poppo de Osterlinga, Schutzio & Hartknochio von Osternau. S. Grunovius hunc præposuit Conrado Landgravio, sed perperam cum omnes Historici eum Conrado suffectum fuisse testentur. Præfuit ordini e Chronologia *Paderb.*

*W*aiſſelii & *M*urinii *A*n. XI. ex ſententia Schutzii & B Hartknoch *A*n. XII. Gravida jam ætate abdicavit ſe *M*agiſtratu. De ejus obitu & loco ſepulturæ Polonici & Pruſſici *S*criptores non eadem tradunt. *Matth. a Michov. Chron. Polon. Lib. III. c. XXXVII.* *Martinus Cromerus* Episcopus qvondam Warmienſis *Lib.* VIII. *de O. & R. G. Pol. Chronicon Ordinis* & *Murinius*, p. 47 a Tartaris in prælio Lignicenſi fuiſſe cæſum An. 1260 [1265] & *W*ratislawiæ ad S. Jac. ſepultum eſſe referunt. Ut vero hoſtes numerum occiſorum inirent, cuilibet ex iis unam aurem reſcidiſſe, novemque ſaccos auribus impleviſſe: alii ad S. Adalbertum apud Dominicanos Cryptæ illatum eſſe volunt. Schutzius mortuum eſſe docet in Germania, & quidem in prædio ſuo, cujus tamen nomen reticet. *Dusburg. Part.* III. *Chron. Pruſſ.* nude ſimpliciterqve teſtatur, Popponem ſenio & labore gravatum officium ſuum humiliter reſignaſſe.

CRede mihi Patriæ civis ſolet ille vocari,
Hiſtoriam Patriæ qui didiciſſe cupit.
Aſt qui negligit hanc cunctorum plectitur ore,
*H*oſpes qvod deſes ſitque *M*enalca rudis.
Perſchkius eximio decoratur laudis honore,
Hiſtoriæ Patriæ dum ſibi ſerta parat.

Specimen hoc, aliaque Studia Pii, Seduli & ad Majora contendentis Reſpondentis ſui omnibus bonis commendat

PRÆSES.

VI. Henricus de Hohenlohe

An. elect. 1245. An. obit. 1253. 15 Jul.

An. obit. 1258. d. XV Kal.

Hoc loco inserendus est, quem alii ex numero Magistrorum plane eximendum esse putant. In hist. Henr. Leonh. Schurzfleischius in Hist. Ensisferrum p. 22 hic diplomat. qui, quod fratris tantum nomine, non vero Magistri in tabulis, quas subscripsit, nominatur, a serie Magistrorum removendum esse existimat. Sed aliud patebit ex documentis literisq; publicis. Operæ pretium est, ea hic notare, quæ ex illis, nobis perspecta sunt.

Anno 1220. nomen suum addixisse Ordini Equitum Domus Theutonicorum liquet ex litteris Friderici II. Imp. quibus confirmat ea, quæ Heinricus et Fridericus, fratres de Hohenloch, eidem Domui donaverant. En verba ipsius Imperatoris: „Ea itaq; consideratione inducti religionem sacre domus Hospitalis sancte Marie theutonicorum, vbi assiduum præstatur clementie divine „ seruicium attendentes, priuilegium Herbipolensis Episcopi, qualiter Heinricus et Fridericus, fratres de Hohenloch, altissimi gratia desuper inspirante, rebus caducis et secularibus vilipensis, prefate domui Hospitalis sancte Marie theutonicorum in Hierusalem se reddiderunt, et omnes proprietates suas eidem domui absolute ac libere tradiderunt, presenti priuilegio „ confirmamus.„ Et verba priuilegii Ottonis, Herbipolensis episcopi, inserti eidem literis confirmationis Imp. inserti sunt sequentia, quæ huc pertinent: „Noverit igitur omnium Christifidelium Vniuersitas, ad quos presens „ pagina peruenerit, quod dilecti nostri Nobiles et pueri fratres de Hohenloch „ Heinricus et Fridericus gratia altissimi desuper inspirante, regno mundi et „ cunctis oblectamentis seculi contemptis, excussis ab omni munere manibus, „ nudi nudum Christum sequi cupientes, omnes suas proprietates Domui Hospitalis beate virginis in Hierusalem transmarine, que theutonicorum dicitur, nostro fauore et plenario fratrum suorum Gotfridi et Conradi ad hoc accedente consensu, absolute et libere tradiderunt.„ Acta hæc sunt apud Hagenau a. 1220, mense Ianuario, Indictione octaua, regnante Friderico Romanorum Rege et Rege Sicilie; anno vero Romani eius regni in Germania VIII. et in Sicilia XXII. Hasce literas primum in lucem edidit M. Loa. Christianus Wibel in Codice Diplomatico Hohenlohico n. XIX. p. 31. seq.

Eodem anno Pridie Kal. Iulii literis emtionis a Conrado de Crautheim datis

tis nomen eius hoc modo inter testes adscriptum legitur: „Dominus Heinricus „de Hohenloch de domo teutonicorum, et Gotefridus frater eius.„ vid. Wibel. l. c. p. 37. Pari modo mentio eius fit in pacto inter fratres a. 1230. facto, teste eodem Wibelio in den Hohenlohischen Linien, im Reformations-Hist. P. I. p. 19. P. III. Cod. dipl.

Dipl. p. 39. Anno 1232. in literis, quas Hermannus Episcopus Herbipolensis confirmat, vid, nomen eius cum sigillo ita expressum legitur: Fratris Heinrici commendatoris domus theutonicæ per alemanniam, dictorum nobilium germani, sc. Gotfredi et Cunradi Fratrum de Honloch. v. Wibel. in Cod. Dipl. Hohenlohico n. XXIV. p. 41. Cui titulus Commendatoris domus theutonicæ per Alemaniam idem denotat, quod in literis donationis a. 1233. expressum legimus, Minister in Gruntfelam, vt Joh. Casp. Venator im Hist. Ursul vom Mariani Hs. Gruntfeldischen Ritter, cordul p. 102. demonstrat.

Anno 1239. in documento quodam inter testes reperitur: Frater H. de Hohenloch preceptor Alem. quos supra in vita Cunradi Lantgravii commemoravimus. v. Wibel in den Hohenloh. Linien, im Reformations-Hist. P. I. p. 19. Ex his diiudicari possunt ea, quæ in Jenn. Beyl. P. II. p. 201. commemorata legimus.

Anno 1245. electus est Magister Ordinis Generalis, quod ex diplomate, quod Theoph. Sigfr. Bayer Regiomontanus in manibus habuit Friderici II. Imp., quo Henricus de Hohenlohe confirmatus est, d. 1245. anno Imperii Ro. XXV. imperii Hierosolymitani XXI. Siculi regni XLVII. Dato, patet. v. Gesch. Pr. IV. Sg. 4to d. p. 196. et Jenn. Beyl. Zte C. p. 201. et 198.

Anno 1245. Vetrodæ privilegium a Friderico II. Imp. datum accepit, quo „ad „exemplum Borussiæ, gentiles pariter Curlandiorum et Samogitarum terras sub Monar„chia Imperii velut vetera et debita eiusdem iura sitas ingrediendi et occupandi li„centiam obtinuit.„ Teste Conrado Hesso in vitis Magnorum Magistrorum O. Teuton. quas præmisit Discursui sub inaugurali Historico-Politico-Publico-Iuridico: v. Jenn. Beyl. Zte C. p. 217. Raymundus Duellius in Historia Ordinis Equitum Teut. p. 16. et Wibel in den Hohenlohischen Linien, im Reformations-Hist. P. I. p. 19.

Anno 1246. Elbingæ fuit, deinde civitati Privilegium d. IV. Nas Aprilis, quod germanica lingua insertum est T. II. der Jenn. Beyl. p. 30. coll. T. III. p. 744. Eodem anno XVIII. Kal. Maji Culmæ Privilegium confirmationis dedit Prædicatoribus Ord. S. Dominici, quod ad templum in civitate Elbing. fundatum adhinet. Illud primum in lucem protulit Friderici von Dreger T. I. Cod. Dipl. Pomer. n. 167. p. 254. seq.

Anno 1247. Chartæ Abbatissæ et Conventus cœnobii Marienthal. vt testis nomen subscriptum legitur: Frater Heinricus de Hohenloch, Magister Domus Hospitalis Theutonicæ, Frater Andreas Ordinis eiusdem et rel. ap. Wibel. l. c.

Anno 1248. occurrit quoq; nomen eius in quodam Documento Ilsenb. teste eodem Wibelio l. c. p. 20. et 106.

Anno 1253. d. XV. Julii vitam cum morte commutasse demonstrant Beyerus l. c. p. 199. et Autor der Jenn. Beyl. Zte C. p. 209.

Ex

Ex literis donationis a. 1234. VIII. K. Novembr. ab Henrico et Hermanno Thuringiae Lantgraviis, Saxoniae comitibus factae Hospitali S. Mariae Theutonicorum Hierosolym. apparet quoq, quod Henricus de Honlo (quemadmodum ibidem vocatur) praeceptor eiusdem Domus per Alemanniam fuerit, in cuius manus utriq Landgraviis consuluerunt atq donarunt omnia bona sua in villis, quae dicuntur Kieth et reliqua cum omnibus allodiis nostris circa Marburch adiacentibus. Prostant illae in Wenkelii in Hessia Virgine v. Ref. Hist. in Cod. Dipl. P. III. p. 62. n. XV. eaedemq inserta sunt chartae confirmationis Pontificis Gregorii IX. Perusii II. Non. Junii a. 1235. datae, quae reperitur typis impressa in Joh. Christoph. Diplomat. Unterricht von der Hohen Teutschen Ritter Ordens v. ins besondere der Löbl. Balley Hessen Immediätät in fol. 1751. Dipl. 45. et 47.

P. Gabriel Societ. Daniel Jesu T. IV. der Geschichte von Frankreich p. 327. ex antiquis scriptoribus, in his forsan ex Nangio in Gestis Ludovici IX. Regis Franc., memoriae prodidit, praelio Gazae in Palaestina cum Soldanis Babyloniis commisso a. 1246., praeter comitem Waltherum de Brienne et Jaffa, Templariorum et Hospitalariorum supremos Magistros interemtum quoq Teutonici Ordinis supremum Magistrum, ita, ut tres tantum equites superessent, reliquis vel captis vel occisis Ptolemaidam petentes. Quod si id factum esset, quod Supremus O. T. Magister eo in praelio cecidisset, nullus alius esset, oportet, nisi Henricus de Hohenlohe, quod vero est contra fidem ceterorum documentorum.

te
1.6

Ulrich IV. von Königsegg

Heinrich Bischof von Chur
resides

Joannes
seit a. 1296. Dom Schulmann
zu Constanz und Propst.

Ulricus II.
+ 1375.

Berthold
+ 1370.

Walther
Landvogt im
Herzogth. Schwaben

Eberhard IV.

Anselmus

Ulricus IV.

Ulrich V.
+ 1444.

Rudolph
+ 1418.

Benzo
+ 1400.

Walther

Marquard
Fürstbischof
Constanz
+ 1440.

Joa. IV.
Conc. Pisan.
Conc. Basil.

Joh. V.
Dom-Custos zu Augsburg
Dompropst zu Constanz
Propst zu Bischofszell

Ulrich VI.
Dompropst zu Augsburg
Domherr zu Constanz

Marquard III.
+ 1500.

Joannes X.

v. Stadel Helg. Hist. Lexicon Art. Königsegg. S

Joa. Schadland T. VI, p. 186.

Der Gott aller Gnade, welcher uns
durch sein Wort und Sacrament
zu seiner Gemeinschaft durch die heilige Taufe
in Christo Jesu beruft, wolle uns darinnen kräftig
bis ans Ende, an Leib und Seele bewahren,
und zu seinem Reich stärken und befördern
allen Gnaden gebe.

Dieses wünscht von Herzen
Maria Elisabeth Hoffmann

Ebing d. 7 Junii
1753.

Ad §. 10.

VII. Poppo ab Osterna

In annalibus Vratislavienſibus T. II. Sileſ. rerum Scriptorum a Fried. Wilh. de Sommersberg p. 175 ſeqq. inſertis et a. 1513. ſcriptis, memoriae proditum eſt „anno Domini M.CC.XLI. occiſum eſſe a Tartaris Ducem Henricum II, qui devaſtaverunt totam Poloniam et Poloniam“; id quod peſſime videbur ex fragmento chronici Sileſiae veluſtiſſimi, quod idem Sommersbergius l.c. p. 17. exhibet; ſed cum in iisdem annalibus ad a. 1241. obitum legimus: „et Dominus Poppo Generalis Magiſter Ordinis Prutenorum: ſepultus in Vratislavia in Eccleſia S. Jacobi“: bene Sommersbergius in notis monet, eſſe raſſe hic annales, cum aliis, inſcriptione recentiore ad Henrici II tumulum in aede S. Vincentii deceptos, „anno enim, ſcribit, 1253. Poſſponem ab Osterna Magiſtrum Marianorum militum demum electum eſt a. 1265. defunctumeſſe: ſed operae pretium feciſſet, ſi adieciſſet, cuius teſtimonio id poſſit confirmari. Idem T. I. p. 316. obitum Poſponis de Osterna in hac irruptione Tatarica refert inter fabulas, quas eiusdem generis plenas aſſeverant auctores.

Anno 1239. nomen eius inter equites teſtes equitum Ordinis Teutonici in illo Fragmento, quod ex Wibelio ſupra in vita Conradi Landgravii Thur. adtulimus, adſcriptum ultimo loco reperimus! Ex quo apparet, eum nullam dignitatem tum temporis in illo ordine habuiſſe, quia ibidem Fr. B. de Osterna vocatur, eodem tempore Frater H. de Hohenloch preceptor Alemanniae et Frater Hermannus preceptor Livoniae et Pruſſiae fuerunt, ut idem fragmentum demonſtrat.

Sunt, qui eum Comitem de Hohenloke fuiſſe putant: in his Paſtorius† et alii plures. Sed minus recte; Münſterus eum vocat Abbatem de Osterna in Coſmographia ſua l. III. c. 474. p. IIII. id quod iudicio ſuo confirmat Ioa. Chriſtianus Wibel in Sammlung Hiſtorischer Reformations-Hiſtorien P. I. p. 20. qui nomen eius ſcribit Boppo, quemmodum eodem elemento ſ. litera B. idem expreſſum vides in fragmento documenti eiusdem modo comemorato apud eundem Auctorem p. 19. qui praeterea narrat, eundem anno circiter 1250. Magiſtrum Livoniae fuiſſe in Alemannia.

† in Francon. redix.

In Privilegio Henrici de Hohenloch Magiſtri Generalis civitati Elbing. a. 1246. IV. Idus Aprilis conceſſo nomen eius inter teſtes reperitur Bruder Poppo Meister zu Preussen; ex quo apparet, ipſum iam ſub eodem Magiſtro Generali Henrico de Hohenloke anno commemorato Magiſtrum fuiſſe Pruſſiae. v. Preuß. Samml. 2ter B. p. 35.

In Privilegio Culm. a. 1233. nomen eius inter Fratres O. T. primo loco reperitur, ita, ut ei et Alberto de Langenberch demum poſt poſitus ſit Theodoricus Marſchalcus. v. Iura fund. T. Pr. p. 11.

Quod gallone Francus fuerit docet iam Henneberger in der Erklärung der Landtafel p. 36. ex quo D. Pauli in dem Lobe und Ehren Poppo von Osterna, Hochmeister des Deutſchen Ordens, qual adiecta eſt der Erklärung in die Geſchichte des Hochmeiſters Albrechts des Marggrafen von Brandenburg.

Rindar. Vitasimb. p. 287. §. 2. narrat, equitem Francum fuisse, cuius domus postea Burgravialis Noribergensi adhaesit. Ab eiusdem nominis locum in Franconia esse, qui ad Burggraviios Noriberg. pertinet, apparet ex Sam. Wilh. Oetteri I. Norc. nunc Inscriptt. des Burggrafthum zu Nürnberg p. 379. ubi ad a. 1498. cuiusd. Martini von Stainling mentionem facit, qui erat Iudicium zu Hohenberg und Starnon.

ter
ni
1.6